B.P.L. 1901

Joh. Gilenius
ad ~~Conr.~~ Christ. Hugenium prm. et
Jac. Junium.
Kal. Jan. 1645.

verandert
5/8/86. CBS

עמנואל

Mirabimini forte, nec immeritò Illustres Generosi Viri, quid Causæ sit, quod
animos vestros publicis Curis, negotysq; assiduè intentos, districtosq; inanium literarū
mearū lectione, nimisq; temerè interpellare non erubescam. Verū si aliquam
huiq facti mei rationem admiseritis, Certum est, aut admirari desinatis, tantū
abest, ut sitis vel audaciam interpretaturi, vel alienig damnaturi temeritatis.
Postquam enim Cuidam exercitio meo Academico, ab augusto nomine vestro,
decq et splendorem quærere non erubui. Iure quodam vobis mihiq; id vindicante,
faciendum existimavi, ut scriptum illud, quod iam vobis inscys, apud exteros
dedicatione ac nitore nominis vestri fulget, coram lectionem, ac illustrem
aspectum vestrum subeundo, eiq, quo iam nitet splendoris augmentum
consequeretq: Hinc inductq eò processi protarviæ, ut literas has adiungerem, quibq
gratiæ ac favori vestro sese penitus insinuaret: vel ideò quoq, quod sicuti
de benevolentia erga me vestra nihil dubito, ita mihi planè persuasum
habeo, vos non omninò abhorrere ab hoc exercitationum genere,
quamvis umbratili et scholastico; quippè quod pro materia et obiecto
habet iustitiam et æquitatem; Cuiq vos non solum studiosos, et
amantes, verum etiam vindices acerrimos unquam non extitisse,
hactenq universa Belgium nostrū loquitq, testantq tot labores, et
munera publica maximè ardua, quibq salq societatis humanæ
fulcitq: quorū ut tandem fructū nobiscum videatis, Cum sublatis
armis pax in Europa florebit, faxit Deus. Opt. Max. Illud
igitq quale quale sit, vobis, Illustres Viri, hisce una reverenter
transmitto, et addico meritò, ut est in antiqua formula: Cupioq;
hanc προσφώνησιν testem esse meæ erga vos observantiæ, ac
submissionis sempiternæ. Vos ergo Magnifici Viri supplex oro, ut
hunc quasi ingeny mei fœtum, quam strenæ loco vobis designo,
mittoq; benigno vultu, affectuq; suscipere, me promotionemq; meam
in gremio favoris vestri imposterum fovere dignemini. Ita
vos Deq bono Reipublicæ quam diutissime incolumes superstitesq;
conservet; Imprimis autem vobis, totiq; familiæ vestræ, hunc
novū annum per omnia quam felicissimè evenire Cupiat.
Valete Viri Eminentissimi, ut meremini. Dabam raptim
Franekeræ Anno 1645 ipsis Kalendis Januarij

Illustr. Vestr. eminentiæ
observantiss. cliens ac
mancipium
Joan. Gilenius
J.V. candidatus ac
SS. Theol. studiosq.

B.P.L. 1961

Gilenius Johann Theolog

siehe Jöcher
suchte die Vereinigung aller Religionen
mit allem fleiße zu befördern. A. M. 1.

1254,5
No 43

VIRIS

Generosiss. magnificis literatissimisq.
DD. CHRIST. ab HUIGENS domino
in Zuijlechem. ut et D. JAC. JUNIO
utriq. Serenissimo principi Auriaco
à Secretis et Consilys Secretioribus
Mecaenatib. dominisq. suis modis omib.
Colendissimis.

Franc.

Hagae Comitis